



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 56. Conjuratio in Jacobum Angliæ Regem feliciter detecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. A. C. 1603. tribusque tormentis muniri iussit, in bertina arce interim militibus haud obse-  
 se torpentibus, quamvis aliquot passibus ad obsessam urbem accedere multo sanguine staret: Insuper Targonus Machionis ardore inflammatus aliis aliisque operibus architectandis insudantibus quorum tamen præcipuum iteratis mendarum impressionibus penitus evanescens sum est. Pollicitus quoque erat idem Architectus, se pontem constructurum eumque noctu in maris recessu arripere tam celeriter admoturum, ut ante injectum cerneret hostis, quam in posse suspicaretur: attamen hic pontis oneris sui gravitate omnino inutilis erat. Eapropter Albertus Arce dux potius bellica virtute, quam obsessorum pertinaciam esse superandam ratus, quascunque ubique locorum copias contrahere posset ad ostendendam obsidionem destinabat.

## §. LVI.

*Conjuratio in Jacobum Angliæ Regem feliciter detecta.*

*Memoir. Secret. part. 3. pag. 208. Thuan. l. 129. Rapin. hist. l. 18.* Sub idem tempus Mense Junio detecta est conjuratio, quam Puritani Proceres conflabant: hos inter Valterus Rallagus princeps erat, qui quondam Elizabetha regnante Regii satellitii Praefectus

fectus a novo Rege sua dignitate spoliari, sibi que Scotum subrogari vehementer indignabatur, ceptoque Regis opprimendi totamque Regiam familiam delendi consilio, socios sibi adjungebat Calvinistas Grajum, Cobanum, Carewum, & Brookium aliosque, qui sine tergiversatione nomen dabant, partim quod eandem fere cum Rallego querelam de Scotorum in aula præcellentia moverent, partim quod a novo Rege utpote Essexii Comitis hostes minus benigne excepti fuissent. Sic autem eorum descriptum erat consilium, ut Rex carceris, mortisque metu ad liberum sectæ suæ usum, necnon ad Cancellarium aliosque Ministros Scotos officio suo pellendos adigeretur, vel, ut alii volunt, ut in rusticano Nobilis Elgrei prædio Rex cum suis trucidaretur, dejectisque Scotis Arbella Stuarda generosæ mentis mulier, & Jacobo propinquitate juncta in Regni fastigium eveheretur. His rationum momentis a conjuratis, quos inter etiam duos Ecclesiastici Ordinis Wathonum & Clarckium numerant, Regicidii meditatio conflata dicitur: Dum vero dies condita facinori advenerat, Rallegus Sorori suæ valedicens, improvida temeritate se eo proficisci ajebat, unde tardius aut fors nunquam rediturus esset, eoquod vel

Sæc. XVII.  
A. C. 1603.

*Hist. Eccles. Tom. LIII.*

Aa pa

Sæc. XVII. patriæ salutem procurare, vel pro  
 A. C. 1603. tria mortem oppetere intenderet. Hæc  
 nil mali suspicata arcanum hoc verbum  
 Marito manifestat, qui rem mox hæ-  
 glico maris Præfecto retulit: eapropter  
 concepta conspirationis suspicione mox  
 Rallegus carceri datur, qui ingenua  
 minis sui confessione perduellionis pe-  
 nas evadere sperabat. Conficii postea  
 ab eo nominati una omnes Londinæ  
 turri includebantur, quos inter Ma-  
 hamus Grifinus Religione Catholicæ  
 necnon Wathonus habita quæstione  
 tro fatebantur, quod nullatenus Regi  
 mortem, sed duntaxat Catholicæ Re-  
 ligionis libertatem consequi intende-  
 rint, omnes vero conjurati se a Ro-  
 lego seductos fuisse affirmabant, qui  
 tiam a Cobano productis literis con-  
 victus, judicii severitatem eludere tem-  
 tabat, allegans, quod juxta Regni le-  
 gem nemo unius testis depositione dan-  
 nari posset: ea autem lex jam antea  
 ab Elisabetha fuit abrogata.

## §. LVII.

*Conjuratorum supplicium.*

Præstituta die tam Rallegus quam  
 Cobanus & Grajus Viacomixæ Men-  
 se Novembri morti adjudicabantur, quæ  
 sententia pariter in ceteros complices  
 fuit